

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Ioannis Ivsti Lanspergii, Natione Bavari, Illvminati
Ac Religiosissimi viri, Carthusiae Coloniensis ante annos
centum Vicarii, & Magistri Nouitiorum laudatissimi Opera**

In Qvinque Tomos Distributa, à mendis expurgata, veteri integritati
restituta, & indicibus locupletata

In Passionem D.N. Iesu Christi Homeliae quinquaginta sex, Theorematum
viginti octo, totidemque sermones. In Monotesseron Praeterea Eivsdem
Passionis Dominicae, iuxta Euangelistarum & historiae fidem, Elucidatio.

Conciones ad Haec Paraeneticae in praecipuis anni & Sanctorum
festiuitatibus habitae

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, Anno M.DC.XXVIIII

De vera humilitate eiusq[ue] conditionibus, vnde agnoscitur. Serm IV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47113](https://nbn-resolving.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-47113)

minus, ut precibus suis ac meritis avertat aliquando a nobis captiuitatem omnem, impetreret a fructu suo dulcissimo, ut remittat iniquitatem plebi suae, populo acquisitionis, haereditati sua quam comparauit sibi hodie sancte Anna. Psal. 84.
guine suo, singulariter tamen huic sorti & funiculo suo, id est, huic congregati, quam e cunctis penè nationibus & gentibus in hunc locum vocavit atque collegit, ut faceret sibi populum peculiarem atque acceptabilem immodicam & gregem ac portionem sibi singulariter electam. Operiat etiam omnia peccata eorum. Operiat, inquam, ne iustitia ipsius videat quod puniat, ne diabolus quo illudat, ne homo quo scandalizatus impingat. Porro tunc operientur peccata nostra, quando illa deleuerit Dei misericordia, quando contriuenterit penitentia, quando excusauerit sequens bona vita. Quæ omnia præster nobis Dei filius, pro nobis hodie in utero Virginis incarnatus, in cruce mortuus, & nunc cum Parce & Spiritu sancto in cœlis gloriosus, Amen.

Deut. 5.

IN EADEM SOLENNITATE.

*De vera humilitate eiusq; conditionibus, unde agnoscitur.**Sermo IV.*

Respexit humilitatem ancille sue. *Lucæ I.* Cunctis virtutibus plena erat Maria, de nulla tamen gloriatur, quam ita respexerit Dominus sicut de humilitate. Hæc est enim virtus, ad quam cæteræ confluunt virtutes, qua exornantur & gratae fiunt tam Deo, quam hominibus, qua denique ne exusflentur aut marcescant, conseruantur omnes. Ipsa est vallis illa ad quam fluenta gratiarum decurrent. Ipsa est vallum una, quam ut pote profundissimam implendam omnium virtutum varietate promitterit *Baptista Joannes, Cant. 5.* dicens: *Omnis vallis implebitur.* Placuit haud dubium in *Beata Maria Deo virginitas,* placuit charitas, placuit patientia: solam tamen humilitatem diuinus respectum Maria confitetur. Hac etenim digna facta est, ut fieret mater Dei, hac exaltata est a deo, ut maior esse non possit, nisi ipsam effet Deus. Siquidem summa est dignitatis, qua in creatura aliquanō potest inesse præstator, esse matrem Dei.

Imitemur igitur fratres charissimi virginis ac matris Dei humilitatem, Humilitas & ne corde nostro superbia rumor aut elatio suboriantur, summopere vigilemus. Nihil enim ita nobis est necessarium (si ad virtutum fastigia anhelamus, modo ut imo si vel in modico cupimus proficere) quam fundamentum totius spiritu-
alis ædificij humilitas. Proinde sciat sine fundamento se ædificare, quisquis non humiliis pro virtutibus alijs sudat. Insidiatur religiosa menti superbia, Fundamen-
& licet aperto Marte sepius repellatur, sub tegmine tamen virtutum pallia- tum spiritu-
ta dum mentitur se non esse superbiam, sapientia quia admittitur, homi- alis ædificij
ni est in ruinam: facilius deprehenditur superbia illa, quæ ex donis externis quod sit.
nascitur, puta de voce, de ueste, de venustate, de diuitijs, de nobilitate, & cæ-
teris id genus bonis, propterea quod non liceat gloriari de huiusmodi omnibus. Dona enim sunt quæ non sanctificant, & bonis malisque sunt communi-
nia, nec virilitatem animæ adferre possunt maiorem, quam ut contemnan-
tur. At ea, quæ intus in anima latet superbia, & de internis aut gratis ante-

Superbia & ex bonis verè comendabilibus, mō ex ipsa humilitate seu potius humili-
Spiritualis vatione propria oritur. Facit enim hominem virtuosum (cui virtus nō debet
**vnde cognoscatur & cur nō placere) sibi p̄ se placere, & amore, qui esse debet virtutis, in proprium
periculofor motē mutat: facit sub specie adificationis alijs velle placere, ab alijs imitab-
lit quam indicari, & eo fecutus decipit, quo zelus adisci candi proximum (si abest etiam
catholica proprius) magis est licitus. Superbia effert animum, ut alperetur nō
modo, quod ras est, vitia & defectus, verū etiam eum spernit, qui adhuc
vitijs premitur & languet, licet fortasse inuitus. Quod tamen haudquā
2. Cor. 4. ficeret, si scipsum agnosceret, hoc est, si vere agnosceret, quod ea, quā ipse
1. Tim. 4. habet (sim licet virtutes aut dona) non à se, sed à Deo habet. Si, inquam, nō
is de alieno saperet ea bona, nec sua, nec à se esse, quā videtur habere, quomodo
superbit? quomodo gloriam, quā Deo soli debetur, de alienis
furtim sibi usurpare? aut quomodo proximum, qui hæc eadem non habeat
(licet fortasse, quod cogitare vñusquisque debet, humilitatem maiorem
propterea habeat) iudicare aut aspernari auderet? Si enim de suo se compa-
raverit quis proximo, & non de ijs, quā quasi accommodato recipit à Deo,
quid inuenit in se vnde gloriari posset, cūm sit miser & misericordis? quid
se reperit, de quo non merito sit gemendum & erubescendum: aut quid in-
uenit vnde proximo sit melior? cum ipsa elatio, etiam si in alijs p̄flare, fa-
ciet eum proximo viliorem. Superbia cupit bene de se sentiri (neque cum
hic distinguo inter superbiam & vanam gloriam, cūm ita sint similes, vñ-
**na, ibi inueniatur & altera) cupit non vilius haberi. Parim modo sub furo-
noranda, aut in precio habenda virtutis, imponit amor proprius. Superbia
erubescit humiliari, si p̄ am agnoscere, aut veniam petere, & quasi de vi-
do scandalo ab huius odi at flinendum sibi persuader. O quā magnum
scandalum foret, si te exhiberes humilem, si te scires humiliare. Non si has
laudabilis, sed odiosa exterminandaq̄ procul verecundia, qua de su-
scatur. humiliacione, aut qua de ijs, quā nō sunt peccata, quis erubescit. Erubescamus,
2. Reg. 6. si peccamus. Non erubescamus si p̄sonemus, aut si satifacimus. Quam pro-
Humiliatio- cul ab hac superbaverecundia absuit sanctus David, qui non de peccato, sed
qui in ne-
cessaria hu- de bono opere reprehensus, quod suā excedentia ac statua in memor, ante
militati ac- arcā Dei saltasset: *Ludam, inquit, & vitoriam plu quam factus sum, & eto-***
quirendae. *mili in oculis meo.* Est igitur humiliatio nō maximē necessaria ei, qui adipicit
Ecli. 3. cupit humiliatem. Sicut enim curritatem, si induci debeat virga, nec sicut
Ecole 7. ut præcedat crux, ita humiliatem oportet antecedat humiliatio. Quis
Ecole 10. igitur cupit esse humilis, non refugiat humiliari. Ideo scriptum est:
Humilitas *Quanto magnus es, humiliatus in omnibus.* Itemque: *Humilia sp̄r humilitas valde.*
ex quibus Sicut autē odibilis Deo & hominibus est superbia, ita grata & amabilis hu-
conditioni- militas. Humilis namque alios sibi p̄fert, alijs cedit, de alijs melius, quam
bus cognoscenda de se ex animo sentit, alios reveretur, alios mansuetè, patienter & benignè
Bernardus. tradat. Humilis libenter se fuliginem, confidenter crecit, alacriter cedit.
Humilitatis Quapropter obseruandum est, quod sanctus Bernardus admonet, dicens:
plentudo *Altiora aliorum semper attendas, quia in eo constat plenitudo humilitatis.*
in quo con- Nam si tibi forsitan aliqua graria maior collata viderit, quam fratru-
siliat. *Nam in multis (si bonus amulador fueris) iudicare te poteris inferiorem.***

Quid

Apoc.

Verecundia
quā nō ex
superbia na-
scatur.

2. Reg. 6.
Humiliatio-
qui in ne-
cessaria hu-
militati ac-
quirendae.
Ecli. 3.
Ecole 7.
Ecole 10.
Humilitas
ex quibus
conditioni-
bus cognoscenda
Bernardus.
Humilitatis
plentudo
in quo con-
siliat.

IN FESTO ANNVCNICATIONIS B. MARIAE. 383

Quid enim si laborare aut ieiunare plus illo potes, & ille te patientia supereret, humilitate præcedat, superemineat charitate? Quid tota die circa id, quod videris habere insipienti cogitatione versaris? Esto magis sollicitus, ut scias quid desit tibi, quia hoc tibi plus expedit. Non ergo magnopere cogites bona quæ habes, nisi forte interdum, ut inde Deo gratias agas, & te noueris debitorum ei, qui dedit: aut gratia consolationis, dum necesse id fuerit, ne qualiter ex causa tristior fias. De cætero ea bona semper magis attendas, quæ alius habet, non quia tu: quo hæc cogitatio in humilitate te custodiat, & à descendente repiditatis elongat, atque accendat desiderio proficiendi. Vide enim quantum mala ē diuerso hæc cogitatio illa parturiat, quod sedulo versas in animo propria potius quam bonum, quod tibi habere videris, & alterum quempiam aestimas nō habere. Hinc in superbiam eleuaris, dum alteri te præponis: hinc proficerne negligis, cum te magnum aliquem arbitraris: hinc demum & deficere incipis, dum ribi alterius comparatione etiam nimis egisse videris. Hæc ille. Itaque exempla sanctorum, fratres, ob oculos ponamus, & quantum ab illorū perfectione nostra distet infirmitas, pensemus. Valet nihilominus consideratio excellentiæ diuinæ, charitatis item eius ad nos, qui quum tantus fit, propter nos se humiliavit, tanta passus est ut ex nihilo & de stercore nos eleveret ad regnum, regnum utique sempiternum. Quod nobis largiatur Iesus Christus Mariz vnigenitus, Dei Patris filius in secula benedictus, Amen.

Bona proximorum cur

potius quam

consideranda.

IN EADEM SOLENNITATE.

De mirabilibus Sanctorum operibus neq; iudicandis, neq; omnibus imitandis.

Sermo V.

Respexit humilitatem ancille sue, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. *Lucæ 1.* Merito exultat fratres charissimi, beata Maria non in se ipfa, sed in Deo salutari suo, quoniam quidem cum genus humnum sub damnatione esset, & paradisi finibus adeo essemus extrusi omnes, ut nulla nobis ultra etiam foret spes ex nobis illuc reuertendi, sed filij esset mus iræ, ac tanquam abortiu à Deo proiecti. Cum inquam, essemus primorum parentum nostrorum aspersi superbia (qui serpentis fraude persuasi, *Ephes. 2.* quod tibi à Deo prohibitum fuit inobedienter nimis rapere gestierunt. volētes est sicut dī, scientes bonum & malum) inuenit Dominus animam iuxta cor suum, humilem, puram, immaculatam: totam pulchram, ut lilyum candidam, odoriferam ut violam, ut rosam gratiosam. Inuenit, inquam, in filiabus hominum, quæ oculus suis placeret, quæ & ipsa non profè tantum, sed *Cant. 4.* prouidero etiam mundo, apud ipsum gratiam intenire, ut potè cuius nō minus amaret humilitatem, quam parentum eius, id est, Adæ & Eua superbiam olim auersatus fuerat. Huius igitur hodie dignationis diuina beneficium recolimus, quo ancilla sue Mariz, quo virginis prædicissimæ pariter ac pulcherrimæ, quo puellæ ac innocentissimæ, & Deo deuocissimæ respexit humilitatem, & nostram miseratus nō tam statuit, quam soluere coepit captitatem. Quia vero præ omnibus ad hoc munus o Virgo excellentissima electa es, ut Dei sis mater, ex cuius partu saluifico mundus accipiat liberacionem.

Lucæ 3.

Gen 3.1

Cant. 4.

nem